



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 54. Blesensium comitiorum initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

§. LIV.

Blesensis comitiorum initia.

Sæcul. XVI.

A.C. 1588.

Interea Provinciarum Deputati potissi- *Thuan. Da-*
 ma ex parte jamjam Blesas venerant, *vii &*
 ibidem comitia a Rege indicta celebra- *Spond. l. c.*
 turi. Advenerat quoque Henricus III. *Mem. de la*
 qui decreta solemni supplicatione, cui *Lig. t. 2.* *pag. 522.*
 ipsius interfuit, Sacratissimam hostiam
 sibi præferri jussit: die ergo quarta Octo-
 bris, in quam prima hujus Mensis Do-
 minica inciderat, Reginaldus Belnen-
 sis, Archiepiscopus Bituricensis, vir di-
 gnitate, & fide erga Regem insignis
 sacrum fecit, Claudio vero Sanctius
 Ebroicensis Episcopus doctrina clarus,
 sacram concessionem habuit: die autem
 undecima, seu proxima Dominica ad
 Franciscanorum rursus Templum Rex
 cum Principibus, ac Proceribus Aulæ,
 & Ordinum delegatis venit, sumptis-
 que Sanctissimis Sacramentis ad sancti-
 tam postremo editio unionem se cum
 ceteris denuo obstrinxit, ac in sequen-
 tem Dominicam, seu decimam sextam
 ejusdem Mensis diem initium comitio-
 rum rejicit, quæ etiam in ampliori Ble-
 sensis arcis Aula fuere inchoata. Porro
 ex Cleri Deputatis numero centum, &
 triginta quatuor convenerant, inter
 quos quatuor erant Archiepiscopi, vi-
 ginti, & unus Episcopi, & duo Reli-

Pp 4 gioso-

Sæcul. XVI.**A. C. 1588.**

giosorum Ordinum supremi Moderato-
res: Nobilium vero Deputati erant cen-
tum, ac octoginta: plebæus autem
Ordo submittebat centum nonaginta
unum partim Viros togatos, partim
Mercatores. Ipse etiam Rex, atque
ambæ Reginæ hunc conventum sua ho-
norabant præsentia.

§. LV.

Regis oratio ad comitiorum au- spicia.

Thuan. l. 92. **C**unctis rebus prævie dispositis, ac
Davil. l. 9. singulis in loco pro hisce comitiis
Mem. p. 524. celebrandis destinato convenientibus
Rex suo insidebat solio, ad dextram
vero Regina ejus Mater, atque ad læ-
vam Regina Uxor, post eas autem suo
Ordine Borbonius, & Vindocinus Car-
dinales, Franciscus Borbonius Contii
Princeps, Carolus Suessonum Comes
ejus frater, Franciscus Borbonius Mon-
penserii Dux, aliquique Proceres suas
quisque sedes occupabant. Postea Rex
satis prolixam concinnabat orationem,
quam etiam gravi verborum Majestate
perorabat, congregatos ita allocutus:
„Præprimis a Deo omnipotente Maxi-
„mo mihi beati sui Spiritus gratiam in-
„fundi peto, ut ea fretus ad ejus glo-
„riam, Regni tranquillitatem, populi
„levamen opus suscepimus ad optatum
„finem